



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

8. Sepem dissipare quàm sit malum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45699

quero ad ingentem magnitudinem draco peruenisset, in solitudinem à Cini-
nibus est dimissus. Post cùm puer adolescens factus reuersus à spectaculo
quodam cum aliquibus aequalibus in latrones incidisset, & clamorem ex-
tulisset, ecce draco praesto est, & alios in fugam vertit, alios interimit,
ipsum verò saluum conseruat.

Nonne hos coluber momordit, cùm iuuenem hunc, tam- VIII.
quam sepem dissipare vellent? Quamuis & alius est, coluber cor- Iob. 26. 13.
mosus, qui in Paradiso primos parentes momordit, de quo scriptũ
est: *Non est caput nequius super caput colubri*, qui mordet Dei le- Eccli. 25. 22.
gem, tamquam sepem, dissipantes, nec damnum dumtaxat dam-
no, sed vtique longè grauius damnum reponit. Quanta enim,
cumque sit iniuria alteri illata, numquam tamen tantum est ma-
lum, quantum sustinet is, qui iniuriam infert. Ille in pecunijs, in
fama, in corpore aliquid patitur; at iniuriosus mordetur à suæ
conscientiæ verme, & à peccato de quo dicitur: *Quasi à facie colu-*
bri fuge peccata. Et, si vel modica iniuria, si sepi laceratio sine pœ- Eccli. 21. 2.
na non abit; quid ei fiet, qui nomen, qui famam alterius lacerat?
Qui dissipat sepem, ait, *mordebit eum coluber*. Audi, quid sanctissimæ Eccl. 10. 8.
feminae acciderit, ob sepem quàm parcissimè dissipatam, sepem
aperuit, & sibi templum, per angelos aperiri solitum, clausit:
Raderi verba, & venatoribus alijsque sepium dissipatoribus dili-
genter considerandam historiam accipe. *Kunigundis, seu Cunissa* Math. Ra-
nobilissimo dynasta Conrado Comite Oeningensi, ad lacum Acronianum, der. in Baua-
nepote Othonis Magni Imperatoris ex filia Richalita, oriunda Friderico ria Pia. pag.
II, Andecensi regulo, Arbonis filio, Friderici I. Comitis And. nepote 28.
B. Rathonis seu Rathonis pronepti nupta, post mariti in peregrinatione
Hierosolymitana defuncti mortem, & dotem suam, & quidquid opum
possedit Christo consecrauit, modicâ sibi ad vitam emendam portione re-
tentâ. Imperante namque Henrico S. Imperatore Cœnobium nobile
Canonicis, qui D. Augustini leges sequuntur, ad D. Stephani cultum
& venerationem in agro Diesensis oppidi, à quo Cœnobium nomen ac-
cepit, condidit, ibidemq; vitam sanctissimè traduxit. Modicam quip-
pe cellam in D. Stephani ade, qua occidentem spectat, paululum a pa-
nimento sub testudine elatam posuit, vbi sub rem diuinam condita Deo
precibus vorisq; litauit. Ceterum haud procul inde supra saltum in ca-
stro ad Villegium Vengariano morabatur, vnde sub nocturnas religio-

forum preces unâ duxerat ancillâ comitata descendebat ad D. Stephanum templum, cuius valvas per caelestes ianitores reductis vectium ropagus. sibi sibi semper patere animadvertit, nisi quod semel duxerat clausus fessit, cum in descensu per agros & campos, ut imbrium de calo cadentium aquis iter cœno & ludo impeditum facilius expediret. sudem è proximâ pauperis villani sepe extraxit, quo corpus ne fallentibus vestigijs in cœnum prolaberetur, sustineret. Tum verò mirata quid esses, quamobrè sibi præclusa adis sacra ianna esset, qua alias semper sponte parmissis, ali- quid ab se haud dubie offensum, quo aditum prohiberes, cumq; in se al- tius descendisset, & omnes animi latebras perscrutaretur, si quid depre- benderet, quo numinis clementiam ab se auertisset, nihil tamen (tanta vivebat mulier innocentia) posses reperire, quo deliquisset, tandem an- cilla, vide, inquit, domina, ne conuulso palo soluta & aperta abs te sepi- aliena series tibi portam templi præcluserit. Et hoc ipsum erat, quod à sacrario, innocentem alioquin, matronam prohibebat, nam simul palus suo loco restitutus est, & apertum sepi interuallum expletum, illa ad templum & cellam suam in templo sitam, referatis iterum diuinis valvarum claustris, liberum aditum inuenit.

IX.

Psal. 136. 8.

Oseez 12. 14.

Psal. 9. 17.

Prou. 22. 8.

Psal 7. 17.

Abdiz v. 15.

Quod per dictas similitudines expressum est, id etiam sine si- militudine alijs sententijs passim significauit Scriptura. Et qui- dem à Deo esse talionē indicat Dauid: *Beatus, qui retribuet tibi re- tributionem tuam, quam retribuisti nobis: & Oseez: Opprobrium eius resituet ei Dominus.* Ita quasi mutuum domino suo restituumdum opprobrium reputatur. Eodem spectat illud: *In operibus manuum suarum comprehenditur peccator,* qui etsi virga Dei est, qua casti- gantur rei, si tamen plus fecit, quam iubetur, & fas est, & facit, quantum permittitur, tandem & ipse, tamquam virga in ignem mittitur. Hinc legimus: *Virga ire sue consummabitur.* Irascetur, & tamquam virga puniet, sed & ipse puniens punietur. Quia *con- uertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsum iniquitas eius des- cendet.* Quod etiam Abdias minitans ait: *Retributionem tuam con- uertet in caput tuum.* Quibus in locis etsi consueta phrasi sacre linguæ ingens supplicij genus exprimat, cum dicitur, pœnam in alicuius caput conuerti, eò quod caput præcipuum sit in cor- pore; tamen etiam innuitur, mala in anthonem, atque in princi- pium suum reuerti, vt cum Propertius quoque dicit:

Flumina